Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift



omnes sorores ibidem cum reuerencia sollem
nitatis uigilias habuerunt. Finitis vero
matutinis. et lucernis extinctis septem
que in oratorio ipso ardere solebant. fac
to die cum sorores introissent ecclesiam
lucernas uenerunt ardentes. quas paulo
extinctas reliquerunt. Unde factum est.
vt diuulgaretur miraculum hoc per vniuersam
regionem illam. et exiit fama de uirtutibus
eius. et omnes qui prope aut longe erant in
regione constituti ad sepulchrum uirginis
venientes. remedium animarum simul et corporum
quesituri. — dei auxilio adepti sunt tam
corporis quam anime sanitatem. Erat quidam
uir in uicino nobis loco positus. cuius
uxor oculorum infirmitate ceca est effecta
Quam uir suus ad sumens deduxit
ad monasterium. ubi uirgo corpore hono
rifice quiescebat Et cum introisset ec
clesiam. et ipsa sub quadam lampade con
stitisset. repente frangebantur sub qua
steterat lampas. et infudit oleo pallium
quo erat induta. omnesque qui ibi aderant
et hoc uiderunt. ex eadem gutta oculos
mulieris vnxerunt. et statim illumi
nata est que ceca fuerat. In crastinum
autem in fide et spe confortata mulier. sana
cum gaudio et leticia reuersa est in domum
suam. Verum est longum cuncta per
ordinem enarrando perstringere. quanta fe
cerat deus per eam omnibus confugientibus
ad eam. et causam poscentibus salutis.
quomodo auxilio xpi ad propria reuertebantur
incolumes. qui cum fide nomen eius in
uocauerunt in qualicumque tribulacione.
quia statim adiutor affuit angelus domini
Latrones quoque alio tempore quendam
puerum comprehenderunt et ligauerunt eum.
qui cum diu teneretur in uinculis uole
bant eum extra patriam venundare

Subito uero puer rememorans nomen
sancte Gerdrudis. deprecatur ut sibi auxi
lium impendere dignaretur. Statimque uincula
de manibus eius ceciderunt quibus fuerat
colligatus. cepitque currere ut se liberaret.
Illi autem qui eum uinctum tenuerunt ceperunt
currere post eum. ut comprehenderent eum
et non potuerunt. sicque puer de manu
inimicorum liberatus est. Alio quodam tempore
cum quidam uir in magnis criminibus
esset inuentus. et eum dominus illius in
uinculis tenere et crudeliter penare uo
luisset. infelix ille in angustia positus
nimioque pauore perterritus est. quia omnes
de longitudine uite illius omnino nil
crediderunt. Sed ipse miser qui erat in uin
culis confortatus fide et spe deprecabatur
— sanctam Gerdrudem vt erueret. Statim
que — in ipso tempore catene — ferree confrac
te sunt vnde fuerat constrictus. secumque
ipse detulit ad monasterium. et omnes por
tas ostiaque ecclesiarum aperta reperit. et ad
ipsum lectum sanctum — accessit. ibique per sancte
uirginis uirtutem meruit liberari.

Anno autem xxx iii post obitum beate Ger
drudis. in spirante deo venit in cor ger
mane sue becce nomine. vt sibi ipsa mona
sterium vellet construere. et tali deuocione
ad monasterium beate Gerdrudis venit. po
stulans agnem abbissam. simulque omnem
congregacionem. vt aliquid ei solacium prebuisset
de causa spirituali vnde maximam neccessitatem
habuisset in inicium deuocionis sue. Omnis
vero congregacio dederunt reliquias. et libros
sanctarum scripturarum. Similiterque dederunt
ei sorores spirituales seniores. que mona
sterium ipsum docere potuissent regulare
uitam normamque et religionis inicium.
et ex eodem lecto a quo beata Gerdrudis
migrauit ad xpm. Tunc xpianissima